

**Sermo**

commoda non minuit filiorum.  
**Q**ui ergo vult vincere auaricia, di-  
 uicias subroget. non reponat. fideli-  
 ter namq; per manum pauperis ad  
 deum de fideiussore portantur. ma-  
 nus siquidem pauperis sinus abra-  
 he est. **N**am quicquid acceperit mor-  
 reponit. manus pauperis gazophila-  
 tiuz cristi est. q; quicquid pauper ac-  
 cipit cristus acceptat. **Mathei. xxv**  
**Q**uod vni ex minimis meis feci-  
 stis mihi fecistis. **Ma** ergo homini  
 pauperi terram. vt accipias celum.  
**Ma** minimū vt accipias regnum. da  
 micam vt accipias totum. **Mathei. x**  
**ix** Centuplum accipies et vitam e-  
 ternam possidebis

**D**ñica in q̄dragesima. ij. ad Cor. iij.

**F**ratres hortamur  
 vos ne inuacuum gratiam  
 dei recipiatis. **N**am. Tem-  
 pore accepto exaudiui te. et in die sa-  
 lutis audiui te. **E**cce nunc tempus  
 acceptabile. ecce nunc dies salutis.  
**N**emini dantes ullam offensionem  
 vt non vituperetur ministerium ve-  
 strum. sed in omnibus exhibeamus  
 nosmetipsos sicut dei ministros. **I**n  
 multa paciencia. in tribulationibus.  
 in necessitatibus. in angustijs. in pla-  
 gis. in carceribus. in seditionibus. in  
 laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in  
 castitate. in sciencia. in longanimitate  
 in suauitate. in spiritu sancto. in cari-  
 tate non ficta. in verbo veritatis. in  
 virtute dei. per arma iusticie a dex-  
 teris. et a sinistris. per gloria et igno-  
 bilitatem. per infamiam et bonam  
 famam. **N**am seductores et veraces sic  
 ignoti et cognoti. **Q**uasi morientes et

**quadragesimus**

ecce viuimus. **N**am castigati et non mor-  
 tificati. **Q**uasi tristes semper autem  
 gaudentes. **S**icut egentes multos  
 autē locupletantes. **T**amq̄ nihil ha-  
 bentes et omnia possidentes

**E**uangelium. **Mathei. iij.**

**I**n illo tempore ductus est  
 ihesus in desertum a spiritu vt tem-  
 taretur a diabolo. **E**t cum ieiunasset  
 quadraginta diebus et quadraginta  
 noctibus. postea esurijt. **E**t accedens  
 temptator dixit ei. **S**i filius dei es.  
 dic vt lapides isti panes fiant. **Q**ui  
 respondens dixit. **S**criptum est. nō  
 in solo pane viuunt homo. sed in omni  
 verbo quod procedit de ore dei.  
**T**unc assumpsit eum diabolus in sā-  
 ctam ciuitatem et statuit eum supra  
 pinaculum templi et dixit ei. **S**i fi-  
 lius dei es. mitte te deorsum. **S**crip-  
 tur est enim. q; angelis suis mandauit  
 de te. et manus tollent te. ne forte  
 offendas ad lapidem pedem tuum.  
**N**am illi ihesus rursus. **S**criptum ē  
**N**on temptabis dominū deum tuū  
**I**terū assumpsit euz diabolus in mō-  
 tem excelsum valde. et ostendit ei om-  
 nia regna mundi et gloriam eorum  
 et dixit illi. **I**hec omnia dabo tibi si p-  
 cidens adoraueris me. **T**unc dixit  
 ihesus. **N**ade sathanas. **S**criptur est  
 enim. **D**ominum deum tuum ado-  
 rabis et illi soli seruias. **T**unc reliquit  
 eum diabolus. **E**t ecce angeli accesserunt  
 et ministrabant ei.

**D**e Epistola.

**D**ominica prima in quadragesi-  
 ma **S**ermo quadragesimus